This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lq
1
269



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Eq 1.269

Harvard College Library.

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 7 Nov. 1895.

DE

MINORIBUS QUAE SUB NOMINE QUINTILIANI FERUNTUR DECLAMATIONIBUS,

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA
MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GERARDUS FLEITER,
GUESTFALUS.

MONASTERII GUESTF.
EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA.
MDCCCXC.

Lq 1.269

HARVARD
NOV 7 1895
LIBRARY

Constantius fund.

PETRO LANGEN,

PRAECEPTORI CARISSIMO,

SACRUM.

Sub nomine M. Fabii Quintiliani exstant opera duo, quorum alterum, quod inscribitur *‚institutio oratoria'*, ab ipso Quintiliano compositum esse nemo negat, alterum, quod duo corpora declamationum continet, a clarissimo illo rhetore re vera scriptum non esse vulgo putatur. Declamationum vero altero corpore undeviginti maiores, quas vocant, declamationes continentur. Alterius autem, quod olim trecentis duodenonaginta minoribus, quae dicuntur, declamationibus compositum erat, plus pars dimidia deleta est, ita ut posterioris partis centum quadraginta quinque temporum fortuna ad nos pervenerint. Quas diu neglectas [1]) Constantinus Ritter ab oblivione vindicavit. Primum enim a quo confectae sint, indagare studuit [2]) tum codicum, in quibus exstant, auctoritate cognationeque diiudicata novam earum editionem curavit [3]).

Contendit autem Ritter adscribendas esse has declamationes ipsi Quintiliano; sed repugnat Albertus Trabandt [4]), qui, postea-quam argumenta a Rittero ad ipsius sententiam probandam allata reiecit, eas ab illo rhetore confectas non esse demonstrare conatur. Veram porro codicum rationem condicionemque a Rittero exploratam esse Casimirus de Morawski [5]) et Ritteri edi-

---

[1]) Editiones post Parisinam (1821—25) et Taurinensem (1824—26), quae ex collatione vetustiorum quarundam editionum institutae sunt, usque ad h. s. annum LXXXIV in lucem non prodierunt.

[2]) Cf. Ritteri commentationis: *‚Die Quintilianischen Declamationen, Freiburg u. Tübingen 1881'* p. 219 sqq.

[3]) M. F. Quintiliani declamationes quae supersunt CXLV recensuit C. Ritter, Lipsiae 1884.

[4]) in libello, qui *‚de minoribus quae sub nomine Quintiliani feruntur declamationibus'* inscribitur, Gryphiswaldiae 1883.

[5]) Cf. Berliner phil. Wochenschrift V. 1885 p. 1099/1100.

tionis censor quidam, qui nomen suum litteris ‚*hr*' notavit [1]) negaverunt. Sed cum argumentatio, qua nisus Trabandtius has declamationes a Quintiliano abiudicavit, mihi improbetur, et Morawski et censor ille anonymus, quam tetigerunt, quaestionem in dubio reliquerint, rem denuo tractare mihi proposui.

Commentationem vero ita instituam, ut primum, iis, quae de declamationum origine dicta sunt, recensitis atque ad Ritteri argumenta infringenda nonnullis additis, causas, propter quas Trabandtius declamationes Quintiliani esse negat, futiles esse demonstrem [2]), deinde Ritterum de uno ex conservatis codicibus omnino falso iudicasse ostendam.

In afferendis locis declamationum secutus sum Ritteri editionem, in denotandis institutionis oratoriae locis usus sum editione Bonnelliana, quae Lipsiae 1884 in lucem prodiit.

I.

In libris manu scriptis de harum declamationum origine nihil dicitur, neque apud veteres scriptores fit ulla earum mentio [3]).

---

[1]) Cf. Blaetter. f. d. bayr. Gymnasialwesen XXI. 1885 p. 419/20.

[2]) Trabandtii sententiam omnino amplexati sunt: A. Reuter (in comm. s., quam de Quintiliani libro, qui fuit de causis corruptae eloquentiae, Vratislaviae 1887, conscripsit, p. 6.) et F. Becher (cf. Jahresbericht über die fortschritte der klassischen altertumswissenschaften. LI. 1887. p. 70).

[3]) Cf. Ritteri comm. p. 253. Rittero opinanti ad has tamquam Quintiliani declamationes Trebellii Pollionis verba spectare, quae tyr. trig. IV, 2. leguntur, dico: ‚*Fuit autem (sc. Postumus Iunior) ita in declamationibus disertus, ut eius controversiae Quintiliano dicantur insertae, quem declamatorem Romani generis acutissimum vel unius capitis lectio prima statim fronte demonstrat*', omnino non adstipulor. Nam, praeterquam quod generatim haec atque in universum dicta sunt, ex quibus certi quidquam concludi nequeat, Ritteri opinio verbis ‚*unius capitis lectio*' infringitur. Neque enim video, quomodo de capitibus declamationum sermo esse possit. Immo putaverim designari his verbis institutionem oratoriam. Nam Quintilianum declamatorem acutissimum fuisse ex hoc opere satis apparet et vocabulum ‚*capitis*' ad formam eius optime quadrat. Minus arcessita atque dubia quam Ritteri eius fortasse explicatio videatur, qui dixerit esse has declamationes Postumi Iunioris, cuius declamationes Quintiliano insertas fuisse Trebellius Pollio loco, quem dixi, auctor est.

Alia igitur testimonia quaerenda sunt, ex quibus, quo tempore compositae, a quo conscriptae sint appareat.

Ac primum quidem constat, ita eas esse scriptas atque editas, ut per occasionem a magistro in schola habitae sint. Ordo enim in disponendis declamationibus est nullus. Et ne verba quidem, quae a rhetore explicandi causa nonnullis locis interiecta erant, oppressa sunt, velut in p. 232, 13 sqq. legitur: *‚Si qua erunt, quae a me in divisionibus controversiarum dicantur eadem frequentius, intellegite fieri primum propter interventum novorum; deinde propter condicionem divisionum.‘* Pluribus verbis hac de re disputare supersedeo, cum et Ritter et Trabandtius inter se consentientes argumentis eam probaverint [1]).

Contendit autem Ritter [2]), cum harum declamationum themata, ut hoc verbo Quintiliani utar, non solum in universum vitae veritati respondeant, sed etiam nonnulla eorum aut similia aut eadem sint, quae in instit. orat. exempli causa interdum attingantur et praesertim cum haud raro, quae in institutione atque in declamationibus de eadem re dicta sint, inter se congruant, ex Quintiliani schola eas originem duxisse. Quam coniecturam ut comprobet, Quintilianum, cum duos libros artis rhetoricae [3]) et sermones se nolente a discipulis suis vulgatos [4]) commemoret, has declamationes intellegere, nobis persuadere studet [5]).

Sed licet argumenta harum declamationum in iis rebus versentur, quae ad vitae usum pertinent, eo hoc solum efficitur, virum sanae mentis eas composuisse. Consensum vero aut similitudinem paucorum thematum nihil ad originem earum indagandam valere ipse Ritter concedit, cum in comm. p. 78 dicit: *Denn meist haben ia die declamatoren ihre themen sich nicht selbst erfunden, sondern längst gebräuchliche stoffe aus dem schrein der schule herausgeholt, und es kann sich also aus der wahl des stoffes nur bis zu einem sehr beschränkten grade die*

[1]) Cf. Ritteri comm. p. 246 sqq. §§ 4, 5, 6, et Trabandtii comm p. 32 sqq.

[2]) p. 222 sqq.

[3]) Cf. inst. orat. I prooem. 7.

[4]) Cf. inst. orat. III. 6, 68.

[5]) L. l. p. 255, § 10.

art des verfassers verraten.' Immo assentior Trabandtio dicenti [1]) eodem iure, quo has declamationes, Senecae controversias Qnintiliano adscribi licere, cum inter eas quoque deprehendantur, quae eaedem aut similes in instit. orat. tractatae sint. Denique, inde quod in utroque opere de eadem re eadem interdum dicta sunt, nihil certi efficitur. Hoc enim eo effectum esse potest, quod utriusque operis scriptor tertii cuiusdam scriptoris opere usus est. E locis quidem a Trabandtio allatis [2]) intellegitur, ea, quae similia in utroque opere exstant, etiam in Senecae aliorumque controversiis scholasticis inveniri. Quare ille suo iure contendit [3]): *‚Solum quod Quintiliani proprium est et quod idem in declamationibus recurrit, aliquid demonstrare potest.'* Cuiusmodi exemplum in eis, quae Ritter ad sententiam suam comprobandam collegit, invenitur nullum. Praeterea si cui Ritteri sententiam falsam esse his, quae diximus, non probetur, nonne fieri potuit, ut alius quidam scriptor, qui secundum inst. orat. praecepta declamationes conscriberet, eadem themata eligeret, easdem controversias proponeret, similibus verbis uteretur, atque in illo opere invenisset? — Sane mirum fortasse videri potest, illum Quintiliani omnino mentionem non fecisse; sed quid obstat, quominus eum consilio sui auctoris nomen celasse putemus, quo melius de litteris meritus haberetur?

Accedit quod Quintilianum iis, quos dixi, locis [4]) has declamationes significasse negandum est [5]). Primum enim res eo valde dubia fit, quod, si Ritteri sententia staret, non solum Trebellius Pollio verbis minime aptis eas commemorasset [6]), sed etiam ipse scriptor proprio nomine neglecto alio loco alia earum designatione uteretur. Neque enim, id quod Trabandtius prima commentationis suae parte bene ostendit, aut notio *‚sermonum'* aut verba *‚libri artis rhetoricae'* apta sunt, quibus declamationum corpus designetur, neque ipsae declamationes ita compa-

---

[1]) L. l. p. 18.

[2]) P. 24 sqq.

[3]) In p. 20.

[4]) Cf. h. comm. p. 7.

[5]) Cf. F. Meister: Philologischer anzeiger des philologus von Leutsch XII. 1882. p. 531 et XVI. p. 126.

[6]) Cf. quae ad h. comm. p. 6 annotavi.

ratae sunt, ut, quae Quintilianus de illorum librorum argumentis dicit, ad eas quadrent. Accedit quod, cum Quintilianus narret alterum illorum artis rhetoricae librorum per bidui temporis spatium, alterum pluribus diebus a discipulis interceptum esse, ob temporis angustias declamationum corpus illi libri intellegi nequeunt.

Sed alia quoque re, quae Trabandtium fugisse videtur, Ritteri sententia irrita fit. Contendit enim alterum artis rhetoricae librum minores, quas vocant, declamationes continuisse. Atqui declamationes, quarum nobis tertia admodum pars servata est, tum cum nullam iacturam fecerant, si non maiore at certe eadem, qua duodecim inst. orat. libri amplitudine fuerunt. Ritteri igitur opinione unus artis rhetoricae liber duodecim inst. orat. libros ambitu superasse vel aequiparasse videtur. Quod re vera fieri potuisse, quicunque secum reputaverit, quid veteres scriptores libri vocabulo significaverint, suo iure negabit. Solent enim prosae orationis libri non minus mille et quingentos versus neque plus tria milia versuum continere [1]). Quem modum Quintilianus in partienda inst. orat. accuratissime observavit. Quod verum esse ut videas, numerum singulorum eius operis librorum versuum afferre mihi liceat. Constat

liber I	ex 2748	liber VII	ex 2025
„ II	„ 2217	„ VIII	„ 2097
„ III	„ 2334	„ IX	„ 3013
„ IV	„ 1880	„ X	„ 1880
„ V	„ 2724	„ XI	„ 2334
„ VI	„ 1832	„ XII	„ 2073

versibus. Apparet unum librum nonum nonnullis versibus modum consuetum transire. Sed Quintilianus non praetermisit, quin hac de re se excusaret. Dicit enim in eiusdem libri c. 4 § 146: ‚*Finem imponere egresso destinatum modum volumini festino.*' Ergo fieri non potuit ut in declamationibus componendis omnes leges de librorum amplitudine constitutas atque inveteratas adeo neglegeret, ut, cum liber prior, utpote per bidui temporis spatium confectus, certe non amplior esset, quam mi-

[1]) Cf. Birt: ‚*Das antike buchwesen, Berlin 1882*', p. 307 sqq.

nimus inst. orat. liber, alterum totius corporis inst. orat. amplitudini aequaret.

Sed haec hactenus; confido enim inst. orat., quos dixi, locis harum declamationum mentionem factam non esse.

Iam vero cum Quintilianus ne ullo alio quidem inst. orat. loco se declamationes aut conscripsisse aut edidisse dicat, Trabandtius accuratius inquirit, num omnino ibi eas commemorandi occasio Quintiliano fuerit. Quam saepius ei fuisse pro vero ostendit. Quare, cum Quintilianum, si utrumque opus conscripsisset, in altero alterius mentionem facturum fuisse verisimile sit, Trabandtius suo iure mihi contendere videtur [1]): *‚Quintilianum scribentem inst. orat. declamationes ipsius non ante oculos habuisse, quibus in praecipiendo uteretur.‘*

Quodsi paulo ante [2]) eandem ob causam ullum vinculum cognationis inter utriusque operis scriptores intercedere negat, plus vero contendit. Nam quamquam iis, quae supra diximus, comprobatur, Quintilianum ipsum has declamationes neque conscripsisse neque edidisse, tamen eas in Quintiliani schola ortas non esse pro certo contendere nobis non licet. Constat enim Quintilianum, etsi rhetores nimis in studio declamandi versari vetuit [3]) tamen interdum in schola ad praecepta illustranda declamationes habuisse. Dicit enim in inst. orat. VII, 3, 30: *‚Illud alterum genus quo sit manifestius adulescentibus meis . . . hic quoque fictae controversiae utar exemplo‘* et in inst. orat. XI, 2, 39: *‚Quod meae quoque memoriae mediocritatem sequebatur, si quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegisset, nec est mendacio locus, salvis qui interfuerunt‘* [4]).

Itaque fieri potuit, ut declamationes inde orirentur, quod discipulus quidam, quae tempore, quo Quintiliani scholis intererat, ab illo declamata erant, collegit et postea edidit. Dicat forsitan quispiam obstare huic coniecturae eandem difficultatem, qua supra Ritteri sententiam infringi ostendimus, dico temporis an-

---

[1]) Cf. l. l. p. 10.

[2]) Cf. l. l, p. 8.

[3]) Velut in inst. orat. II, 20, 4; X. 5, 17—19; XII. 11, 15.

[4]) Idem apparere videtur ex Iuvenalis Sat. VI. 280.

gustias. At quamquam ex verbis inst. orat. I. prooem. 7 intellegitur alterum artis rhetoricae librum a discipulis nullis aliis laboribus interiectis conscriptum esse, tamen, qua integrum declamationum corpus fuit amplitudine, ad totum corpus componendum non solum plures dies, sed certe complures menses adhibendi fuerunt. Quintilianum autem, quippe qui ut supra vidimus, in erudiendis pueris rhetores nimium ponderis declamationibus tribuere compluribus locis vetuerit, per plures menses continuos exercitationis causa in schola sua declamationes dictasse prorsus negandum est. Sed haec res non obstat, quominus has declamationes eo, quem dixi, modo ortas esse putemus. Quintilianum enim interdum in schola declamationes habuisse statuimus. Discipulos vero satis diu in rhetorum schola remansisse ipse Quintilianus in inst. orat. II. 2, 3 narrat, ubi haec leguntur: *‚Adulti fere pueri ad hos praeceptores (sc. rhetores) transferuntur et apud eos iuvenes etiam facti perseverant‘*. Quodsi cui unum discipulum tot declamationes collegisse improbatur, nonne putare nobis licet duos vel plures discipulos, qui deinceps Quintilianum declamantem audiverant, collectum corpus edidisse? Etsi vero, cum in inst. orat. harum declamationum mentio non fiat, verisimile non est eas ante inst. orat. compositam in lucem prodiisse, tamen nihil obstat, quominus eas a discipulo quodam post editam inst. orat. publici iuris factas esse statuamus. Quod fieri potuisse etiam Trabandtius vidit, sed mirum esse dicit [1]), quod ille discipulus nunquam magistri mentionem fecerit. Sed quid? — Nam si in alius cuiusdam rhetoris schola eas ortas esse dixeris, nonne eodem iure mirum videri potest, quod eius nomen non commemoratur? — Discipuli autem, cum, quae a magistro declamantur, excipiunt, eius mentionem facere non solent. Atqui has declamationes hac condicione ortas neque postea melius dispositas esse ipse Trabandtius in commentationis suae parte tertia comprobavit. Cur igitur ei mirum videtur, quod, quicumque discipulus eas intercepit et edidit magistri nomen non commemoravit?

Porro Trabandtius eo progreditur [2]), ut in declamationibus inesse ostendere conetur, quae omnino a Quintiliani cogitandi

[1]) L. l. in p. 15.

[2]) L. l. p. 27 sqq.

et declamandi ratione abhorreant, Quintilianus enim in inst. orat. II, 10, 4 dicit haec: *‚Sint ergo et ipsae materiae, quae fingentur, quam simillimae veritatis, et declamatio in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est. Nam magos et pestilentiam et responsa et saeviores tragicis novercas aliaque magis adhuc fabulosa frustra inter sponsiones et interdicta quaeremus‘*. Atqui magorum quidem in his declamationibus omnino mentio non fit, sed in tribus de pestilentia atque responsis, dico declamationes 326; 329; 384 et iterum in tribus de saeva noverca sermo est, quae sunt decl. 246; 350; 381. Unde Trabandtius conclusit totum hoc declamationum corpus a Quintiliano abiudicandum esse, cum, quae ipse vituperasset, ibi sexies invenirentur. Sed hac in re ei non assentior. Verbis enim Quintiliani, quae supra commemoravi, nihil aliud praescribitur, nisi ut in declamationibus eligendis quam maxime vitae veritatem rhetores sequantur. Cum vero nobiscum reputaverimus summo studio illo tempore in controversiis scholasticis eiusmodi materias tractatas esse [1]) concedendum erit, eum scriptorem, qui in tanto declamationum numero sex eiusmodi exempla admiserit, quam maxime ea themata evitare studuisse. Quintilianum autem has materias e schola omnino removendas esse, non censuisse ex iis verbis apparet, quae eo, quem dixi, loco sequuntur. Pergit enim sic: *‚Quid ergo? — nunquam haec supra fidem et poetica, ut vere dixerim, themata iuvenibus tractare permittamus, ut expatientur et gaudeant materia et quasi in corpus eant? — erit optimum, sed certe sint grandia et tumida, non stulta etiam et acrioribus oculis intuenti ridicula‘* [2]).

---

[1]) Cf. Grasberger: *‚Erziehung und unterricht im classischen altertum‘* Bd. III Würzburg 1881, p. 367 sqq. et p. 371 sqq.

Ussing: *‚Geschichte der erziehung u. des unterrichts‘*, Altona 1870, p. 155 sqq.

Friedlaender: *‚Sittengesch. Roms‘* edit. prima III. p. 288 sqq.

[2]) Cf. Friedlaender, qui l. l. p. 288 hac de re dicit, „ . . *und die forderung alle ‚unglaublichen und im eigentlichen sinne des wortes poetischen‘ themen auszuschließen, fand auch Quintilian zu streng und unerfüllbar, etwas erholung und vergnügen müsse man den jungen leuten gewähren, nur sollten die gegenstände, wenn auch pathetisch und voll schwulst, doch nicht geradezu thöricht und lächerlich sein‘*. Praeterea cf. inst. orat. V. 12, 17—23.

Quin etiam Trabandtii sententia his ipsius verbis infringitur, quae in comm. suae p. 17 leguntur: *‚Porro si controversiae nostris similes atque adeo eaedem in institutione commemorantur, quid id mirum? Quintilianus enim, ut est puerorum amantissimus, quamvis omne propositum operis eo spectet, ut orator instituatur, tamen ne quid studiosi requirant, etiam quod ad scholam pertinet proprie, omittere non vult, quo factum est, ut interdum controversias, quales in schola fingebantur et adolescentibus notae erant, in exemplum proponeret.‘* Num igitur Quintiliano, cum in schola praecepta sua exemplis illustraret, amore puerorum permoto ne sex quidem exemplis pestilentiae et responsorum aut novercarum saevarum uti licuisse contendemus, praesertim cum saepissime hae materiae a rhetoribus tractarentur?

Quodsi Trabandtius *‚ceteras autem‘*, inquit[1]), *‚propius ad veritatem accedere nemo, qui eas perlegerit, contendet‘* in idem, quod in Rittero vituperavit, vitium incidit, neque ullo pacto haec sua verba comprobavit. Eodem iure Rittero dicere licuit[2]). *‚Die themen sind vernünftig ohne iede ausnahme, zwar von pestkrankheit und orakelsprüchen finden sich zwei*[3]) *beispiele in decl. 326 und decl. 384; doch dass solches unter 145 Fällen Quintilian nicht zweimal könnte zugelassen haben, wird niemand behaupten‘.*

Licet verum sit omnes has declamationes a vitae veritate abhorrere atque institutionis oratoriae praeceptis repugnare, quid dices de his iisdem vel similibus exemplis, quae in ipsa inst. orat. inveniuntur, dico

IV. 2, 30 = decl. 283	VII. 4, 39 = decl. 268
V. 10, 104 = „ 284	IX. 2, 90 = „ 349?
VII. 1, 38 = „ 268	

Affert praeterea Trabandtius in comm. p. 32 duos Senecae controversiarum locos, quibus Seneca consentiente rhetoris cuiusdam verba vituperantur. Atqui cum in his declamationibus deprehendantur, quae cum reprehensis enuntiatis quodam modo

[1]) L. l. p. 28.
[2]) L. l. p. 222.
[3]) Declamatio 329 eum fugisse videtur.

conferri possint, eas Quintiliani esse negat ‚*nam*' inquit, ‚*cum hic idem fere quod Seneca de arte dicendi et declamandi sentiret, certe sibi non concessisset, quae illo adstipulante vituperata erant*'. Ex qua argumentatione efficitur, secundum Trabandtii sententiam, quae Seneca cum filiis suis communicaverit controversiarum themata in universum non aliena esse a Quintiliano. Atqui apud Senecam nonnulla themata exstant, quae eadem in declamationum corpore inveniuntur, velut respondet

Senecae II. 3	declamationi	349	Senecae VI. 5	declamationi	386
II. 5	„	251	VI. 6	„	354
III. 9	„	380	IX. 6	„	381

Neque desunt in Senecae opere, ‚*novercarum saevarum*' atque ‚*tyrannicidarum praemiorum*' exempla, dico IX. 5; IX. 6; III. 6; IV. 7; IX. 4, nempe quae prorsus Quintiliani praeceptis contraria esse Trabandtius contendit. Praeterea multas alias Senecae controversias, velut I. 4, 5, 6, 7; VII 4, 5 non magis vitae veritati respondere, quam quodlibet declamationum exemplum, ad primum quisque conspectum concedet. Sed haec omnia proferuntur docendi causa vituperatione non addita. Ergo a Quintiliano, quippe qui idem fere quod Seneca de declamandi arte sentiret, declamationes propter themata in ipsis tractata abiudicandae non sunt.

Propius ad veritatem accedit tertium Trabandtii argumentum, quo declamationum corpus Quintiliani non esse ostendere studet. Dicit enim in comm. suae p. 28/29 ‚*cum autem sit Quintilianus in institutione homo prudens et sani iudicii, postulandum est, ut in declamationibus quoque sententiae non inveniantur, quibus contrarium ostendatur.*' Certe insana et absurda a Quintiliano scripta non esse constat. Sed quamquam concedendum est, si non omnia, at certe nonnulla eorum, quae Trabandtius loco, quem dixi, affert a Quintiliano abiudicanda esse, cum eiusmodi sint, ut a viro sani iudicii scripta aut edita esse non possint, tamen inde pro certo non efficitur in his declamationibus Quintiliani nihil inesse. Nam cum, id quod supra exposui, in schola ortae sint, facile fieri potuit, ut verba a rhetore dicta aut non omnia aut non ita, ut dicta erant, a discipulis interciperentur. Accedit quod declamationes non, quales dictatae sint,

sed commutatas atque in brevius contractas ad nos pervenisse ipse Trabandtius ostendit [1]). Itaque cogitare nobis licet, nonnunquam neglegentia excipientium, quae Quintilianus dixerit, corrupta esse. Ipse quidem Quintilianus cum aliis inst. orat. locis tum VII. 2, 24 de neglegentia eorum, qui actiones quasdam ipsius vulgaverant, queritur, cum dicit: *‚Cuius actionem et quidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum me fecisse ductum iuvenili cupiditate gloriae fateor. Nam ceterae, quae sub nomine meo feruntur, neglegentia excipientium in quaestum notariorum corruptae minimam partem mei habent‘.*

Ex iis, quae exposui, satis mihi intellegi posse videtur neque Ritteri neque Trabandtii opinionem argumentis comprobatam esse eaque certe quae Trabandtius protulit non obstare quominus statuamus, declamationes ex Quintiliani schola ortas esse. Res igitur eodem, quo antea, statu versatur. Quam ob rem aliam viam ingrediamur necesse est, ut harum declamationum scriptorem cognoscamus.

Solent vero discipuli, etiam si, quae a magistris dictantur, commutata atque in brevius contracta excipiunt, iisdem verbis atque eadem dicendi proprietate uti atque praeceptor. Quam ob rem prorsus assentior Casimiro de Morawski, qui l. l. p. 1102 e declamationum dicendi genere ad scriptorem cognoscendum testimonia quaerenda esse contendit [2]). Negant sane Ritter [3]) et Trabandtius [4]) hac in re multum interesse inter declamationes et institutionem oratoriam. Sed si quis declamationum sermonis exempla singularia, quae illi ipsi attulerunt, perscrutatus erit

---

[1]) Cf. l. l. p. 32 sqq. Praeterea cf.: Wochenschrift für klassische philologie III. 1886. p. 76, ubi C. Schenkl hac de re dicit haec: *‚Vor allem gilt es, den sprachgebrauch sorgfältig zu untersuchen, wobei auch darauf zu achten sein wird, daß wir nicht die vorträge Quintilians, sondern nur die nachschreibehefte herstellen können. Manches unvollkommene, abgerissene in der darstellung wird man da hinnehmen müssen, ohne zu einer änderung zu greifen, namentlich, was die verbindung der sätze betrifft.‘*

[2]) Eiusdem sententiae Ricardus Opitz esse videtur. Cf. *‚Commentationes philol. O. Ribbeckio oblatae, Lipsiae 1888‘*, p. 55.

[3]) L. l. p. 219.

[4]) L. l. p. 41.

eaque addiderit, quae Morawski collegit [1]), suo iure dubitabit, num talia tempore Quintiliani eaque in schola eius scripta sint. Neque dubium mihi est, quin, qui accuratius in hanc rem inquisiverit, facile eiusmodi exemplorum numerum aucturus sit. Itaque sane idem mihi negandum videtur quod negavit Trabandtius, sed longe aliis de causis. Verum cum de his agere mihi non proposuerim, nunc quidem hanc quaestionem missam facio atque iam transeo ad alteram commentationis meae partem.

II.

Usus est Ritter in declamationibus recensendis codicibus tribus, Montepessulano (A) saeculo IX. vel X. scripto [2]), qui ceteris duobus libris manu scriptis novem declamationibus amplior et summae, ut Rittero videtur, auctoritatis est; – tum Monacensi (B) saeculo XV manu eleganti exarato; — denique, et eo minima ex parte, Chigiano (C), qui saeculo XIV. vel XV. scriptus [3]) eadem continet, quae B.

Hos tres codices ex duobus diversis eiusdem archetypi (J) exemplis originem duxisse putat, ita ut A ex altero (α) descriptus sit, cum ex altero (β) fluxerit vetustum aliquod exemplar [4]), quod littera (x) signo, ex quo B et C, utpote multo artiore cognationis vinculo inter se quam cum A coniuncti, descripti sint.

Est igitur ex Ritteri sententia hoc codicum, quod dicitur, stemma:



[1]) L. l. p. 1102 et 1103.

[2]) Cf. H. I. Muelleri Senecae rhetoris ed. praef. p. XXIII et p. XXIV.

[3]) Cf. quae Ritter hac de re ad ed. praef. p. X et p. XI sub signo **) annotat.

[4]) Cf. R. ed. praef. p. XII et p. XIII.

In iis, quae de codicibus α, β, x dicit, diutius versari nolo, de codicibus A, B, C autem, non ex omni parte recte eum iudicasse, imprimisque codicis C pretium falso aestimasse paucis exponam [1]).

Dicit enim de hoc libro manu scripto in ed. praef. p. XI et alia et haec: *‚Consentiunt verba artissime cum codice B; ubi discrepant, saepius C ad codicis A scripturam accedit; verum nunquam potiora hoc tradit, ita ut non et B eadem exhibeat et ne uni quidem loco in ceteris libris (A B) pariter corrupto, quae in notitiam meam pervenerunt, codicis C scripturae potuerunt auxilium vel medelam adferre. Itaque non nimis neglegenter mihi visus sum facere, ubi integrum hunc quidem librum excutere nolui‘.* Primum quod integri codicis C rationem habendam esse negat, ipsum suis verbis refutare licet. Nonne enim vel inde, quod verba codicis C, ubi a B discrepant, saepius ad codicis A scripturam accedunt, illum librum neglegendum non esse apparet?

Exstant enim, ut ex subscriptis lectionibus sequitur, loci haud pauci, ubi, utrum codicis A an B scriptura vera sit, dubitatur. Ergo talibus locis codicem C, si eius scriptura cum A congruit, ad scriptoris verba vere constituenda multum valere perspicuum est. Contra neminem dubitaturum esse puto codicis B lectionem sequi, quoties cum C consentiens melius ad loci sententiam quadrat. Cuius rei exempla sufficiant haec. In interrogationibus, quae vocantur, obliquis, saepe modus indicativus omnium codicum consensu traditus invenitur, ita ut mea sententia has lectiones veras esse constet, velut p. 179, 3; 182, 11, aliis locis. Sed identidem quoque in eiusmodi enuntiatis codex A exhibet modum indicativum, cum in B modus coniunctivus legatur, velut 255,1 [2]); 168, 29. Haeret igitur in ancipiti, utrum codicem sequi debeamus, cum Ritter codicis C scripturas iis locis non addiderit. Ipse codicem B secutus est. Sed si iis

[1]) Ritterum in describendo et conferendo codice A neglegenter versatum esse H. I. Müller demonstrat (cf. Deutsche litteraturzeitung 1885. p. 266/67), idemque hunc codicem iterum conferendum esse censet. Quod suo iure illum postulare argumentis probat C. Schenkl l. l. p. 74 et 75. Cf. hac de re F. Becher l. l. p. 73.

[2]) Cf. R. ed. p. 519 corrigenda.

locis C scriptura cum A consentit, a Rittero iniuria codicis B lectiones in scriptoris verba receptae sunt. Contra in p. 348,6 codicis B lectionem ‚*nulla ratione*' praeferendam esse existimaverim, si quidem C eandem lectionem exhibere constet. Apparet igitur Ritterum neglegenter et male fecisse, quod integrum codicem C non excussit.

Neque vero argumenta, quibus nisus Ritter codicem C nihili fere pependit, ad sententiam eius comprobandam sufficiunt. Collatae enim sunt in Ritteri usum intercedente Augusto Mau declamationes 252, 266, 267, 268, 269, 270, 271; praeterea de quibusdam locis certior factus est per amicum [1]). Licet igitur de hac tertia fere decima parte omnium declamationum a C traditarum vere iudicaverit, in neglectis duodecim partibus nonne meliores lectiones latere possunt?

Accedit quod ne huius minimae quidem codicis C partis collatio satis diligenter et accurate confecta est. Dicit enim Ritter in annotatione ad ed. praef. p. XI adscripta, novis excerptis a Mavio sibi permissis se cognosse, praeter novem, omnes locos, quos ut desperatos signo + notaverit, iisdem litteris in libro C, quibus in B, tradi. Atqui inveniuntur in ea declamationum parte, qua Ritter integras libri C lectiones dedit novem loci + signati, dico 32, 24; 32, 26; 34, 8—9; 89, 13—15; 89, 22; 90, 12; 95, 4—6; 102, 15—16; 110, 14, quorum nullus inter eos novem, quos excepit, deprehenditur. Quare si quidem collatio in usus Ritteri facta et Ritteri descriptio vere se haberent, codicem B cum C novem illis, quos dixi, locis congruere necesse esset. Re vera autem duobus locis lectiones codicis B et C inter se distant. Exhibet enim p. 32, 24 B ‚*ac periculum*' cum C secundum Ritterum legendum praebeat ‚*al periculum*' [2]); atque p. 89, 22 in B ‚*ad ea*', in C ‚*alta ea*' traditum est. Qua re de collationis veritate suspicio mihi mota est. Quae valde eo augebatur, quod multis locis ex Ritteri silentio in libro C inesse videbantur, quae minime ad Ritteri huius codicis descriptionem quadrabant. Itaque id egi, ut declamationes illae, quarum scrip-

---

[1]) Cf. R. ed. praef. p. XI.

[2]) Ex nova in meum usum confecta collatione apparet codicem C hoc loco non ‚*al*' sed ‚*ad*' exhibere. cf. h. comm. p. 19.

turas ex C enotatae Ritter in editione sua nobiscum communicavit denuo inspicerentur. Atque postquam praeceptore meo Petro Langen intercedente mihi contigit, ut vir doctissimus Alfredus Gercke hoc negotio, et is quidem accuratissime perfungeretur, dubitationes meas vanas non fuisse vidi.

Undetriginta enim locis gravioribus codicis C lectiones a Rittero exscriptae non sunt. Legitur enim in codice C pp.: 35,24 istud — 86,8 in qua = A B — 87,8 sunt — 87,24 tantī est metus quisquam — 88,1 iniquiore condicione dicturus sum hodie om. C = B — 89,2 hodie = A B — 89,14 parte = B — 90,6—7 exciderint = A B — 90,10 gravius = B 91, 25—26 velitisne = B — 93, 21 uti = B (corr.) — 93, 23 populis = B — 94,3 atqui enim = A B — 94,7 sit om. C = B — 95,3 pluresque = B — 95,6 sapientiam = A B — 96,16 profuerit (circumfl. litt. ‚p' subsc.) = A B — 97,10 consulaberis = B — 97,13 pductus est — 97,21 accersit = B — 98,17 quid — 100,4/5 et in qua — 103,26 fuīt (= fuerit) — 106,25—26 miseram — 107,9 ne quis dubitare posset — 107,13 perierat — 108,20 me om. C — 109,21 his — 113,1 illi adijcis (?)

Praeterea septies decies Ritter codici C lectiones adscribit, quae in eo non leguntur. Scripsit enim p. p.:

32, 24	al periculum	pro	ad periculum,
33, 29	qua in	„	qua in (sine puncto litt. ‚i' signf.),
34, 13	·X· millia	„	·X· milia
85, 22	concessum est sine	„	concessum sine
86, 4	rēp.	„	pro rep.
89, 11	longe suspicione	„	longe (ras.) suspicione C a longae suspicione C b(?)
90, 16	quae coniectura	„	quae non coniectura
91, 1	sermo Accus	„	sermo accus.
92, 13	sit om. C	„	sit
96, 28	eum	„	eam
105 $^{20}/_{21}$	vel victus vel iudex vel index (?)	„	vel testis vel victus vel iudex
106, 15	receptae	„	raptae om. C

107, 14	cui	pro	qui·
109, 23	aut cum	„	ut cum
110, 2	ergo non (cf. corr. p. 516)	„	ergone
110, 8	Sermo om. C	„	Sermo
110, 10	Sermo	„	Declamatio om. C.

Quin etiam 90,16; 96,28; 107,14 veram codicis C scripturam ut suam ipsius coniecturam praebuit. Eiusmodi vero codicis collationem idoneam non esse, ex qua vera eius condicio cognoscatur, nemo non videt.

Quoniam vidimus codicem C, etiamsi ita comparatus esset, ut Ritter dicit, neglegendum non fuisse, neque nobis acquiescendum esse in collatione, qua nisus ille hunc codicem minimi duxit, iam perscrutabimur, num lectionibus, quas annotavit, iudicium eius quod fecit de auctoritate codicis comprobari possit.

Deprehenduntur autem in septem illis declamationibus loci trecenti triginta septem [1]), quibus ex Ritteri collatione aut unius ex tribus libris scripturae a ceteris duobus discrepant, aut inter omnes codices discrepantiae intercedunt [2]).

Itaque si verum esset, quod dicit verba codicis C artissime consentire cum B, his locis C plerumque idem quod B exhiberet. Reperiuntur autem re vera inter illos trecentos triginta septem locos non plus centum quattuordecim, quibus B et C scripturae secundum Ritteri collationem congruunt. E quibus sexaginta septem locis B C veram scripturam exhibent; sunt pp.:

33, 13, 30; 34, 8; 35, 2, 23; 85, 19; 86, 3, 86, 24; 88, 13, 14; 89, 24; 90, 18, 23; 91, 2; 91, 22 (corr.) 92, 11; 93, 3, 13, 27; 94, 5/6; 95, 13, 18; 96, 12; 97, 1, 1, 5, 8, 12/13, 16, 25; 99, 17; 100, 3 (corr.), 8; 101, 6, 8, 10; 103, 1, 7; 103, 8 (corr.), 18, 19; 104, 6, 22; 105, 14; 106, 7, 14, 16, 27; 107, 8, 24, 26; 108,

---

[1]) Cf. ad pp. 89. 17: 91, 22; 91. 25; 93, 5; 93, 21; 99, 3; 100, 3; 103. 8; 104, 18; 110, 11: 112, 10, 112, 18 Ritteri ed. p. 516 et p. 523 corrigenda et addenda.

[2]) Ex nova codicis C collatione apparet locis pp. 86, 8; 89, 2; 90 6/7; 95, 6, 96, 16 libri C lectiones non distare a B et A, cum contra pp. 96, 28; 107, 14: 110, 2; — 87. 8; 97, 13; 103, 26; 106 25/26; 107, 9, 13; 108, 20; 109, 21 discrepantiae exstent. Inveniuntur ergo re vera eiusmodi loci trecenti quadraginta tres.

1, 1, 2; 108, 4, 12/13, 15; 109, 15; 110, 11 (corr.), 12, 15; 111, 4, 4, 13, 25; 112, 18 (corr.); 113, 2.

Tricies quater codicis A lectionem scriptori vindicat:

32, 25; 33, 1;[1]) 34, 21; 86, 2, 6, 9, 11; 87, 25; 88, 8; 90, 17; 96, 1, 7, 20; 98, 27; 99, 10/11; 102, 5, 7, 10; 103, 16, 28; 104, 5, 19; 105, 10, 24/25, 25, 26; 106, 8, 26; 107, 16, 27; 109, 24; 111, 15/16; 112, 3, 19[2]).

Locis pp. 34, 16; 35, 22 B C scribendi genere tantum a libro A discrepant, cum 86, 14; 89, 23; 90, 3; 95, 26 neque A neque B C veram scripturam exhibeant. Septem praeterea locis, dico 98, 17; — 85, 22; 91, 1/2; 92, 13; 106, 15; 110, 8, 10 codices B et C re vera non consentire h. comm. p. 19 et 20 demonstravi[2]).

Neque quae Ritter de ratione dicit, quae inter codices A et C intercedat, vera sunt. Accedit enim C non interdum tantum ad codicis A scripturam, immo vero eius lectiones toties fere cum codice A quoties cum B consentiunt. Inveniuntur enim inter locos, quos commemoravi, centum viginti tres, quibus, quantum quidem ex Ritteri verbis intellegi potest, C prorsus eadem verba tradit, quae A[3]).

Conservaverunt enim A C scriptoris verba, cum B distet, nonagies quater idque his locis: 33, 5, 18, 19; 34, 21; 35, 10, 14, 21; 87, 14, 18; 88, 4, 20/21; 88, 23; 89, 2, 8, 12; 90, 4, 20; 91, 1, 5; 91, 13, 19, 25 (corr.); 92, 9, 16; 93, 4, 5 (corr.), 93, 6/7, 19, 21, 27; 94, 12, 13, 14, 16, 21, 24; 94, 26; 95, 1, 2, 20/21, 22; 96, 1, 6, 8, 20, 20/21; 97, 12, 12; 98, 8, 11; 99, 5; 100, 2; 100, 20, 24; 101, 10/11, 15, 17, 21; 102, 9; 102, 20, 22/23; 103, 6/7, 21; 104, 2, 9, 9; 104, 17, 18; 105, 11, 13, 17, 25; 106, 8, 11, 23; 107, 3, 4/5, 8, 18, 23; 108, 10, 22; 109, 7, 13; 110, 4, 6, 17; 111, 12, 25; 112, 2, 22, 26, 27; 113, 4.

---

[1]) Assentior Ricardo Opitz, quod, quia securitas et metus simul esse non possint, codicis A scripturae *‚accedit‘* codicum B et C lectionem *‚accidit‘* praefert. cf. l. c. p. 45.

[2]) Ex nova collatione B et C congruunt pp. 34, 13; 88, 1; 89. 14; 90, 10; 91, 25/26; 93, 21; 93 23/24; 94, 7; 95, 3; 97, 10, ita ut centies septies decies BC contra A consentiant.

[3]) Secundum novam collationem duodecim horum locorum A et C non conspirant. Cf. h. comm. p. 22.

Decem autem locis consentiunt A C, quibus codicis B. lectiones verae sunt, dico: 33, 29; 86, 13; 90, 13; 93, 10; 94, 27; 99, 18; 100,14; 103, 3; 106, 19/20; 112, 11. P. 96, 10 in codicum A C lectione ‚*P. R.*' scriptoris verba ‚*populi Romani*' latent et p. 35, 9 scribendi tantum genere A C a B distant. 95, 7; 97, 13; 104, 8; 106, 26; 107, 18 consentiunt quidem A C sed lectiones eorum non minus quam codicis B corruptae sunt. Duodecim locis, qui restant, A et C non conspirant. Nam p. 88,1; 89,14; 90, 10; 91, 25/26; 93, 21 (corr.); 93, 23/24; 94, 7; 95, 3; 97, 10. B et C consentire ad h. comm. p. 21 annotavi; 90, 16 autem conservavit C atque 100,4 et 113,1 A veram scripturam, cum duo reliqui inter se dissentiant atque falsam lectionem tradiderint. [1])

Quodsi vero Ritter contendit, ne uni quidem loco in ceteris libris pariter corrupto codicis C scripturas, quae in notitiam suam pervenerint, aut auxilium aut medelam afferre potuisse, prorsus fallitur. In parva enim illa declamationum parte ipse vicies bis lectiones codicis C scripturis codicum A et B praetulit atque in scriptoris verba recepit. Quorum locorum quindecim in libris A et B pariter corrupti sunt. En habes:

	AB	C
33, 17	indignare	indignaī
23	perstringet	praestringet
25	veneris	veneritis
29/30	iniuriam	iniuriarum
89,17 (corr.)	ara	arx
17	possum	possim
91, 4	affectate	affectare
6	remisi	remissi
97, 7	periclitantur	periclitatur
18	duo filii adulescentes	duo filii erant adulescentes
99, 3 (corr.)	dubitabit	dubitavit
101, 2	omnes lites	omnis litis
	huiusce causae	huiusce causa
107, 7	rapta erat altera altera perierat	rapta erat altera, perierat,

[1]) Addendi autem sunt ad locos a codicibus AC recte exhibitos 85, 22; 92, 13: 110, 8, ubi R falso B et C congruere dicit. Consentiunt igitur re vera AC non centies vicies ter, sed centies quater decies.

	AB	C
110,23/111,1	etiam interimere si	etiam interim etsi
111, 15	Ad	At. [1])

Ceteris autem septem locis codices A et B inter se distantes a C discrepant:

	A	B	C
90, 2	reĩp	spe	rẽp [= re publica [2])]
92, 5	prob. amp. pbasse (circumfl. litt. ‚p' subscr.) civ.	prodesse ampl. probasset civ.	probasset (ras.) amplius prodesse civibus
95, 16	ne luxuriosus	luxuriosus	nemo luxuriosus
96, 21	nam si vitati	nunc si civitati	nam si civitati
106, 13	raptoris ud velle	raptor si id ille velle	raptor si id velle
108, 7	quam edocerem	qua me ducerem	quam educerem
108, 13 14	quotiens non h. aliquod solatium resp.	qu. aliquod sol. quod resp,	quotiens non habeant ad quod solatium respiciant.[3]).

Denique, quae Ritter ad ed. praef. p. XI annotat, non apta sunt, ad veram codicis C condicionem cognoscendam [4]). Nam cum in parte declamationum ab omnibus codicibus tradita loci octoginta unus exstent, quos Ritter ut desperatos signavit, is, qui verba eius strictim leget fortasse putabit, inde quod hi loci

---

[1]) Ex Ritteri silentio collegeris codicis C lectionem congruere p. 89, 2 cum Pithoei, 90 6/7 cum Rhodii; 94, 3 cum Schultingii; 95, 6 cum Aerodii, 86, 8 et 96, 16 cum eius ipsius coniectura, sed h. comm. p. 19 his locis C cum A et B congruere exposui.

[2]) Praeterea pro ‚*re publica*' in C ‚*rẽp*' invenitur p. 87, 4 et 26. Codicis A lectio ‚*reip*' in libro C p. 94, 20 pro ‚*rei publicae*' invenitur.

[3]) P. 87, 24 ex Ritteri silentio codicis C lectio congruere videtur cum Rohdii 88. 1 cum Gronovii coniectura ‚*sim*' sed 88, 1 in C eadem lacuna invenitur, quae in B atque 87, 24 fere eodem modo corruptus est atque ceteri duo codices. Cf. h. comm. p 19.

[4]) Cf. h. comm. p. 18.

fere omnes a B et C pariter traduntur apparere, artissime eos codices inter se coniunctos esse. Sed re vera hoc consensu nihil efficitur. Duodesexaginta enim horum locorum a libro A iisdem litteris exhibentur, quibus a B et C. Restant igitur non amplius viginti tres de quibus accuratius videndum est. Atqui novem eorum a C aliter traditos atque a B ipse Ritter ad p. XI annotavit hos

	A	B	C
180, 24/25	ultimae pelagi	(sicut in A)	ultima pelagi
210, 28/29	intellegitis	intellegetis	intelligitis
219, 12	formula	formula	formule
317, 26	emittunt	amittunt	emittunt
348, 9	nam et	natura et	nam et
367, 23/24	quod	quomodo	quo
370, 11	prolatum	prolatum	probatum
372, 22	Aa: profecerunt Ab: proferunt	profecerint	profecerunt
440, 15	et tuum	et tuum	? [1]

Ex ceteris quattuordecim autem B et C duobus inter se discrepare in h. c. p. 18 demonstravi. Ergo duodecies tantum B et C ita inter se consentiunt, ut codex A cum iis non congruat. Exscribo hos quoque locos, quo videas has discrepantias nullius fere momenti esse. Sunt:

	A	B(C)
33, 1	accedit	accidit
77, 3	remisi(ras.)tis tamen veniam	remisit istam veniam
89, 14	pace	parte [2]
117, 3	secuti	sicuti
141, 8	spectari	spectare
158, 23/24	putem diu fecisse	putem diu fuisse
159, 9	mutus	motus
176, 24	Aa: dio evenissem Ab: dico evenissem	dico evenisset

[1]) Dicit quidem R. codicem C hoc loco discrepare, sed scripturam eius non attulit.

[2]) Cf. h. comm. p. 19.

	A	B (C)
231, 13	transissetis	transisset is
279, 24/25	non est vitavimus	non evitavimus
289, 17	percus.	percussus
339, 12	coëat	cogat

Ad primum enim conspectum apparet locis 77, 3; 289, 17; 339, 12 nihil effici, cum ibi codicem A mendis laborare apertum sit. Neque lectiones p. p. 33, 1; 117, 3; 141, 8; 159, 9 plus valent ad codicum B et C cognationem comprobandam. Perscrutare locos, ubi aut A, aut B, aut C contra ceteros duos codices veram lectionem servavit[1]), iam videbis multos locos exstare, ubi in duobus libris litterae ‚*i*' et ‚*e*' aut ‚*u*' et ‚*o*' confundantur cum in tertio codice desiderata littera appareat[2]).

Denique si quis ceteris quinque locis aliquid concludi posse putet, examinatis iis locis ubi A et C contra B conspirant, dico 348, 9; 317, 26; 372, 22, concedet eodem modo libros A et C hoc cognationis vinculo inter se coniunctos esse contendere nobis licere.

Vidimus quattuor locis: 180, 24/25; 219, 12; 370, 11; 440, 15 A et B conspirare contra C; num quis inde concludet hos duos codices ex eodem exemplari descriptos esse?

Accedit quod, cum in parva declamationum parte, inter quattuor locos[3]), quibus ex Ritteri verbis B et C contra A consentiant, duo exstent, ubi re vera distant, suo quisque in re dubitabit, num Rittero, quod his duodecim locis B et C congruere dicit, fides habenda sit.

Jam satis superque ex iis, quae dixi, apparet Ritteri codicis C aestimationem falsam esse. Nam quaecunque de eo dicit, lectionibus, quas ipse protulit, infringuntur. Collatio vero partis codicis C, quam Ritter nobiscum communicavit, errorum plena

---

[1]) Cf. h. comm. pp. 19; 20; 21: 22.

[2]) Cf. quae R. annotat ad ed. praef. p. XXVI et p. XXVII.

[3]) Quinque enim eorum locorum, quos h. comm. p. 18 commemoravi in omnibus libris eodem modo corrupti sunt: 34, 8/9; 90, 12; 95, 4/6; 102, 15/16; 110, 14. P. 32, 26 et p. 89, 14 (cf. h. comm. p. 19) consentiunt B et C, cum A discrepet; p. 32, 24 autem et p. 89, 22 B et C non congruere h. comm. p. 18 vidimus.

est neque fieri potest, ut ex ea huius libri pretium recte aestimetur.

Ergo ad veram codicis C condicionem cognoscendam nova collatione opus est.

Valde igitur gauderem, si re vera, ut Ritteri editionis censor ille anonymus, de quo in h. comm. p. 6 locutus sum, suspicatur, declamationum editio princeps, quae anno 1494 Parmae in lucem prodiit, ex codice C fluxisset. Nam tum ex illius editionis lectionibus de neglecta codicis C parte, si non accurate, attamen in universum iudicare nobis liceret. Sed haec spes me fefellit. Quamquam enim ex iis, quae Ritter in ed. praef. p. XV de hac re dicit, Parmensem editionem fluxisse ex codice B persuasum non habebam, tamen, postquam mihi contigit, ut hanc editionem inspicerem, facile intellexi artissime eam congruere cum B, cum a C aliena sit.

Quod paucis illustrare mihi liceat. Inveniuntur enim viginti quinque loci, quibus a codice B contra fidem ceterorum librorum hoc vel illud vocabulum omittitur [1]). Quas lacunas omnes in editione Parmensi repperi. Similiter verba, quae p. 93, 6—7 B contra fidem codicum A et C addidit, in hac editione accurate expressa sunt. Loci vero in h. comm. p. 22 et 23 enumerati, quibus A et B in malam partem contra C faciunt, omnes in editione Parmensi iisdem litteris scripti deprehenduntur, quibus in A et B praeter illos duos p. 91, 4 et 6 ubi mendis scripturae correctis cum codice C congruit [2]). Possum multa alia argumenta afferre, sed ex his, quae attuli, satis mihi intellegi posse videtur ex codice C editionem Parmensem originem non duxisse.

Quae cum ita sint, id saltem nobis agendum est, ut, quae ex notis codicis C lectionibus de auctoritate eius colligi possint, quaeramus.

---

[1]) Cf. h. comm. p. 30.

[2]) Talium scripturae mendorum ab Ugoleto, qui hanc editionem curavit, nonnullas correctas esse, ex eius ipsius verbis apparet. Dicit enim in ed. p. I ‚*Correximus etiam nonnulla vitia librariorum, temporum nequaquam: multa intacta omisimus, ne forte magis depravaremus*'.

Inveniuntur, ut supra exposui in hac declamationum parte nonaginta octo loci, quibus A et C in bonam partem contra B conspirant. Sane plerumque ad primum conspectum manifestum fit codicis B praviores lectiones ex librarii neglegentia ortas esse. Sed interdum res aliter se habet; velut

p. 91, 1 (A: has inimicitias; B: hae inimicitiae)
p. 102, 22/23 (A: dubitabitur; B: dubitatur)
p. 110, 4 (A: possint; B: possunt),

quibus locis C multum valet ad codicis A scripturam comprobandam.

Praeterea ostendimus sexagies septies B et C scriptoris verba conservasse, cum A corruptus sit. Laborat omnibus his locis codex A apertis scripturae mendis, excepto illo p. 94, 5/6, ubi, quod ad sententiam pertinet, codicis A lectio: *‚non tamen constare, inter eos potest,* idem valet atque libri B scriptura: *‚non tamen inter eos constare potest‘*. Quod igitur Ritter, quamquam librum A summae auctoritatis esse dicit, hoc loco codicem B secutus est, equidem eum hoc fecisse putaverim, quia C cum B conspirat.

Denique locos, ubi solus codex C veram lectionem praebet, enumeravimus viginti sex [1]). Praeterea autem huius codicis scripturas p. 61, 15, ubi exhibet *‚vel propter aliquam malitiam vitae‘* atque p. 104, 19—20, ubi tradit *‚quid feci, quod illi noxium erat, si nihil ille fecisset‘*, lectionibus codicum A et B, in quibus priore loco exstat: *‚vel propter aliquam alioqui vitae‘* et altero: *‚Quid feci? quod innoxium erat, si nihil ille fecisset‘*, fortasse praeferendas esse, ipsum Ritterum non fugit [2]). Sed mea sententia p. 104, 19—20 rem ita se habere pro certo contendere ei licebat. Quod quo melius intellegatur, rem paulo accuratius exponam.

Argumentum declamationis hoc est: *‚Ex duabus geminis adulescens alteram rapuit . ea se suspendit . pater alteram eduxit ad magistratus et praecepit illi, ut mortem raptoris optaret . adu-*

---

[1]) Cf. h. comm. p. 19 (90, 16; 96, 28; 107, 14; 110, 2;) et pp. 20, 22. 23.

[2]) Cf. quae R. in ed. sua ad hos locos annotavit.

lescens putavit eam esse quam rapuerat . duci eum iussit magistratus . postea compertum est, quid accidisset . accusatur pater quod causa mortis fuerit'. Pater autem se defendens dicit, cum lege praescribatur, ut: ‚*qui causa mortis fuerit, capite puniatur*', causam mortis id solum intellegendum esse, quod homini mortem attulerit, quo homo periturus fuerit, etiamsi nihil ipse fecisset. Deinde fusius exponit, eo, quod ipse fecerit, per se mortem homini afferri non potuisse. Atque ‚*non possum ergo*' inquit ‚*causa mortis homini fuisse*'. Jam sequuntur ea verba, de quibus agimus. Ac primum mihi displicet in codicum A et B lectione interrogatio, ‚*quid feci?*', nam aliquid se fecisse ipse antea concessit. Deinde, cum imprimis id agat, ut, quod fecerit, raptori illi innoxium fuisse demonstret, ante vocabulum innoxium dativus ‚*ei*' vel ‚*illi*' desideratur.

Quae offensiones in codicis C scriptura minime inveniuntur. Nam cum in eo legatur, ‚*quid feci quod illi noxium erat, si nihil ille fecisset?*' his verbis hoc significatur, ‚*nihil feci, quod illi noxium erat, si nihil ille fecisset,*' quae sententia verbis quae sequuntur accuratius explicatur

Jam vero p. 370, 11, cui loco ut desperato Ritter signum + adscripsit, codicis C lectioni ‚*probatum*' nihil difficultatis inest [1]). E sententia loci enim eiusmodi aliquid verbum desideratur.

Sunt igitur in hac declamationum parte centum nonaginta tres loci, quibus in codice C aut contra alterumutrum codicem aut contra amborum auctoritatem scriptoris verba conservata sunt. Itaque, cum omnino trecentis quadraginta tribus locis discrepantiae in codicibus exstent, centum quinquaginta tantum remanent, ubi C corruptelis laborat [2]). Sunt autem hae corrup-

---

[1]) Cf., quae hac de re C. de Morawski dicit l. l. p. 1101.

[2]) Cf. h. comm. pp. 20, 21, 22,. Loci, quibus C in peius contra A et B facit, hi sunt: 33, 8, 17; 34, 5, 18; 35, 3, 24; 86, 12: 87, 7, 8. 88, 2; 88, 4; 90, 19—20; 92, 26; 93, 6; 94, 19; 96, 18, 21, 27; 97, 13; 99, 6, 19; 100, 9; 100, 16; 101, 18—19, 26; 102, 1; 103, 25; 103, 26; 104, 6; 105, 7; 106, 25—26; 107, 9, 13, 17; 108, 16, 20, 24; 109, 12; 109, 21; 110, 9; 111, 6, 15, 19—20, 24; 112, 4—5; 113, 2. Praeterea huc adde locos pp. 33, 29; 89, 22. — 32, 24; 33, 3; 87, 24; 97, 21; 106, 15.

telae ita comparatae, ut facile errore atque neglegentia librarii eas ortas esse appareat. Equidem imprimis eos locos, ubi C in malam partem contra A et B facit diligentissime perscrutatus nullum vestigium consulto admissae interpolationis, quam vocant, inveni. Loci, quibus forsitan cuipiam dubitatio moveatur, sunt hi

(101, 26)	AB	C
101, 26	putavit	putabat
103, 25	accusavit	accusaret
105, 7	non ut opinor	non ut puto
108, 24	agitant	agitavit
113, 2	faciat	faciet.

Sed eiusmodi menda inviti omnes committere solemus. Nam ubicunque animi intentio paululum remittitur, facile similia similibus commutamus [1]).

Magnus quidem est numerus eorum locorum, quibus codex C mendis scripturae laborat, multo autem maior summa eorum, quibus aut solus aut cum uno ex ceteris duobus consentiens veram scripturam exhibet. Quarum lectionum quamquam plurimae maioris momenti non sunt, tamen interdum, ubi, utrum A an B sequi debeamus, dubium est, codicis C scripturas auxilium nobis attulisse supra exposui. Eorum autem locorum, quibus A et B corrupti sunt, quinque, certe 101, 2; 104, 19—20; 108, 13—14; 110, 23/111, 1; 90, 2, ita sunt comparati, ut librarii coniectura codicis C lectiones verae ortae esse non videantur.

[1]) Diversae codicum lectiones p. p.

90, 26/91, 1 (A: vidis B: video C: vidi)
92, 28/93, 1 (A: videtur habere philosophia
B: ht̃. re phil.
C: habet philosophia)
93, 27 (A: philosophia manasse
B: philosophia iam man.
C: philosophia emanasse)
104, 22 (A: ad magistratus educta
B: ad magistratum seducta
C: ad magistratum deducta)

eo fortasse ortae sunt, quod quae librarii in archetypo bene legere non poterant ex suo quisque arbitrio exscribebat. Licet igitur ex eiusmodi locis appareat codicis C librarium peritum fuisse linguae Latinae, tamen consulto ille interpolationes admisisse mihi non videtur.

Codicis A corruptelae omnes tales sunt, ut nullo loco interpolationis suspicio moveatur. Saepe littera aliqua omissa, saepe quoque addita est. Atque cum codicis C librarius, ubicunque neglegens fuit, formam saltem Latinam conservaverit, in codice A interdum verborum deformia monstra, ut ita dicam, inveniuntur. Cuius rei haec exempla collegi:

	A	BC
35, 23	q̄. obstrupo	quod stupro
97, 8	coranda	curanda
101, 6	termentis	tormentis
103, 19	causum	causam
106, 14	valetunem	valetudinem

Iam vidimus neglegentes fuisse codicum A et C librarios, sed multo neglegentior putandus est is, qui librum B exaravit. Numero enim locorum corruptorum hic liber solus ambos fere codices A et C aequiperat, quos omnes afferre longum est. Hi pauci sufficiant. In codice A quater [1]) et in C quater [2]) vocabulum aliquod deest, quod in ceteris codicibus legitur. In codice B autem similes viginti quinque lacunae exstant. Sunt enim in eo contra fidem codicum A et C omissa: 35, 14 portio — 87, 14 si — 87, 18 est — 91, 5 est — 91, 13 possum — 91, 19 ac — 92, 9 quae professio — 92, 13 sit [3]) — 94, 12 et — 95, 1 esse — 95, 16 nemo — 95, 22 quid est eloquentia — 96, 9 accisas — 96, 20—21 satis erat — 100, 24 quod — 104, 8 solum — 104, 17 raptoris — 105, 11 patrocinium — 105, 13 non — 106, 23 quod — 108, 13—14 non habeant — 109, 13 est — 110, 6 aut — 110, 8 Sermo [4]) 112, 26 meum.

Paulo gravius eo interdum a librario peccatum est, quod propinqui alicuius vocabuli vel forma vel sono captus exemplaris sui lectiones commutavit depravavitque, cum plane verum inveniatur in AC velut legitur:

---

[1]) 101. 8 et — 107, 24 me — 109, 15 fecit — 104, 6 sit —.

[2]) 87, 7 mihi — 106, 15 raptae — [3]) 101, 4 quare — 108, 20 me — 110 9—10 Illis argumentis adiuvari solet haec quaestio. Declamatio —

[4]) Cf. h. comm. p. 19 et 20.

	B	AC
99, 5	ĩnilteretur	in liberos mitteret
101, 15	torque et quidquid (?)	torque: quidquid
101, 17	adhibendum spes erit	adhibe, dum spiritus erit
102, 9	asperiore usi	asperiores in
102, 20	causa mali cui	causam alicui
112, 27	secum dolo cum p.	secundo loco pugnabat
113, 4	dii mihi mortales	dii immortales

Nullum vero mendorum genus, quod in ceteris codicibus invenimus, in libro B deest. Saepe enim vocabuli alicuius aut locus aut forma commutata est, saepe quoque littera aliqua aut omissa aut addita. Sed omnes hae corruptelae calami lapsu atque oculorum aberratione ortae sunt, praeter duas, quas consulto a librario admissas esse putaverim. Invenitur enim:

	B	AC
91, 1	hae inimicitiae	has ĩnimicitias
96, 10/11	publicae rei	P. R.

Inter locos autem, quibus B in melius a ceteris libris distat, nullus gravioris momenti est, quod ex hac tabella appareat:

	B.	AC
33, 29	facitis	factis
86, 13	non liceat	ne liceat
90, 13	aliquid	aliqui
93, 10	videntur	videtur
94, 27	stare	om. stare
99, 18	videtur	videretur
100, 14	mali fecisti	male fecisti
103, 3	accidentibus	excidentibus
106 19/20	oportet	oporteret
112, 11	mei	meo [1])

[1]) Forsitan ex nonnullis horum locorum (94, 27; 99, 18; 103, 3; 106, 19/20) concludere licet, codices B et C non eodem modo ex quolibet alio codice descriptos esse, sed ita, ut codicis C librarius exemplari usus sit, quod codice A collato correctum erat. Fieri quoque potuit, ut duae scripturae in

	B	A	C
87, 25	adversus	advers	adveri
90,26/91,1	video	vidis	vidi
96, 21	hi	hic	ii
98, 17	quis	quit	quid [1]
104, 2	hi	hii	ij
104, 4	hi	hii	ij
104, 6	quid sit causa mortis	quae causa mortis	quod sit causa mortis.

Quas res quicunque secum reputaverit, id certe concedet, in edendis declamationibus, quod quidem ex plene collata earum parte intellegitur, non solum codicem A, sed etiam C codici B multo praestare. Neque video, quomodo Ritter, cum in huius declamationum partis collatione nisus auxilio Chigiani, quia artissime cum Monacensi coniunctus sit, facile careri dicit, sententiam suam comprobare possit. Si omnino ullum codicem, certe multo minore damno B quam C neglegere ei licuit, cum raro in melius idque locis minoris momenti, sed persaepe in peius a ceteris codicibus discedat.

Iam quaeritur, quid de coniunctione cognationeque codicum sit dicendum.

Ac primum quidem ex locis allatis, idque inprimis ex iis, quibus et AB et AC et BC aut in melius aut in peius contra tertium librum conspirant, abunde apparet neque duos codices ex tertio neque unum ex alterutro de ceteris originem duxisse.

Sed licet numerus locorum, quibus codices inter se distant, magnus sit, tamen tantus eorum est in multis scripturae mendis consensus, tanta corruptelarum maioris momenti congruentia [2])

---

illo codice exstarent, quarum alteram codicis B alteram et eam quidem fortasse ex codice A petitam codicis C librarius exscriberet.

[1]) Cf. h. comm. p. 19.

[2]) Praeterea quod, ut in h. comm. p. 23 et 24 exposui, locorum corruptorum, quos Ritter signo + signavit, duodesexaginta in omnibus libris iisdem litteris traduntur, in hac parva declamationum parte codices pariter corrupti sunt his quadraginta tribus locis: 35, 18; 86, 8, 24; 87, 18; 89,

ut vix sit, qui dubitet, quin omnes ex eodem archetypo fluxerint. Neque discrepantiae tales sunt, quae huic opinioni obstent.

Quaerendum autem est, utrum duo codices artius inter se, quam cum tertio cohaereant, necne. Ritter exemplum inter BC et archetypum intercedere putat [1]), id quod Casimiro de Morawski non probatur, opinanti artiore cognationis vinculo codices A et C coniunctos esse [2]). Argumenta autem, quibus, sententiam suam confirmaret, neuter eorum attulit.

At si quid ex numero eorum locorum, quibus duo codices contra tertium conspirant, concludere nobis licet, liber C obtinet locum medium inter A et B. Ipsae autem hae lectiones in universum ita comparatae sunt, ut, utrum C artius cohaereat cum A, an similior sit B pro certo diiudicari non possit. Nam ubicunque duo codices veram scripturam exhibent, tertii cuiusque libri corruptelae non sunt eiusmodi, ut librarii errore ortae esse non possint.

Sed nescio an eo, quod p. 107, 14 codices B et C eadem fere interpretatione aliena depravati sunt, Ritteri sententia confirmetur.

Accedit quod codices B et C eandem declamationum partem continent, atque adeo eodem vocabulo incipiunt [3]).

Quae cum ita se habeant, tamen ex eodem archetypi exemplo descriptos eos esse contendere dubitarem, nisi gravissimum argumentum ad hanc coniecturam probandam accederet. Deprehendi enim in hac parva declamationum parte octo locos, ubi hi codices iisdem lacunis laborant. Omittuntur in iis p. p.: 86, 11 esse — 87, 25 nisi — 88, 1 Iniquiore condicione dicturus sum hodie [4]) — 94, 7 sit [4]) — 102, 7 erit — 103, 16 hac

---

2, 26: 90, 4, 6/7, 13; 90, 17; 91, 24; 93, 24; 94, 15; 95, 6, 11; 96, 16; 97, 11; 98, 1; 99, 3, 9, 18/19; 100, 2, 15, 29; 101, 9; 102, 1, 9; 102, 10, 12; 103, 1, 20, 24; 105. 6, 7/8, 10/11, 18; 106, 1; 107, 5; 109, 14, 25; 110, 19; 111, 24; 112, 10. — Pp. 94, 6, 18, 19; 108, 12, 14 codicum lectiones servandas esse contendo.

[1]) Cf. h. comm. p. 16.

[2]) Cf. l. l. p. 1100.

[3]) Cf. Ritteri ed. praef. p. X.

[4]) Cf. h. comm. p. 19.

lege — 111, 15—16 remittatur, cum de praemio — 112, 19 melior conscientia, fortiorem faciet et - . Qui codicum B et C consensus, cum, ut supra exposui, alter ex altero non fluxerit, certe eo effectus est, quod ambo libri ex uno eodemque exemplari originem duxerunt, in quo lacunae illae inveniebantur.

Apparet igitur Ritterum codicum cognationem in universum certe recte perspexisse. Utinam eos diligentius contulisset, utinam pretium eorum accuratius perpendisset, neve codicem C temere neglexisset! —

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA,

QUAE INSCRIBITUR

DE MINORIBUS QUAE SUB NOMINE QUINTILIANI FERUNTUR DECLAMATIONIBUS,

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

KALENDIS MARTIIS A. MDCCCXC

HORA XII

IN PUBLICO DEFENDET

GERARDUS FLEITER,

GUESTFALUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

HERMANNUS LEPPERMANN, CAND. PHIL.
IOSEPHUS FRANKE, DR. PHIL.
CAROLUS WOERTMANN, CAND. PROBAT.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA.

MDCCCXC.

THESES.

I. Quintl. decl. CCLXVIII. ed. R. p. 93, 6/7 codicis Monacensis verba:

‚sed persona fris mei impedit me ut ego non dica quae possunt contra philosophum‘

quae Ritter transponenda et servanda esse arbitratur, interpretationem alienam esse contendo.

II. In eiusdem decl. p. 94, 6 codicum lectio

‚secta discenda‘ pro qua Rohdius coniecit *‚secta adsciscenda‘* servanda est.

III. Ibidem in p. 97, 13 legendum esse puto:

‚productus tamen prorogatusque arte mea pater‘ (cf. decl. CCLX p. 65, 14 sqq.)

IV. Quae Xenophon Anab. I. VII. 10—14 de Graecorum et Persarum militum numero tradidit in dubitationem vocaverim.

V. Linguae Franco-Gallicae vocabulum *‚y‘* non, ut vulgo putatur, ab *‚ibi‘* (cf. Diez, woerterbuch der rom. spr. ed. III. I. 239) sed ab *‚hic‘* derivatum est.

VITA.

Natus sum Gerardus Fleiter in vico Verl Guestfalorum a. d. XI. Kal. Octobres anni h. s. LXIII patre Fredrico, matre Anna e gente Richters, quos integris adhuc viribus uti valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus a vere usque ad auctumnum anni h. s. LXXXI Gymnasium Nepomucenum Rietbergiense frequentavi. Per quinquies senos menses fui discipulus gymnasii Paderbornensis, quod vere anni h. s. LXXXIV testimonio, quod vocant, maturitatis, instructus reliqui. Eiusdem anni mense Aprili in vicum Melle Belgarum me contuli, ubi per ter senos menses gymnasii ordinis St. Josephi fui Germanicae linguae praeceptor. In patriam redux auctumno anni h. s. LXXXV in numerum civium almae litterarum academiae Monasteriensis receptus per octies senos menses studiis philologicis operam navavi. Docuerunt me VV. DD. Storck, Langen, Stahl, Koerting, Niehues, Hagemann, Milchhoefer, Bartholemae, Jostes. Seminarii regii philologici, cui praesunt Langen et Stahl, per bis senos, Romanici, cui praeest Koerting, per quater senos menses sodalis ordinarius fui, huius per sex menses senior. Exercitationibus Germanicis ut interesssem, benigne permisit Storck.

Omnibus, qui me docuerunt, imprimis VV. DD. Storck, Langen, Stahl, Koerting, optime de me meritis gratias ago quas debeo maximas.